



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De crebrâ per diem mentis in Deum elevatione ex omnibus, quæ per
sensus attinguntur, animæque potentiis se objiciunt

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Fraudulenti, Adulatores.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54773](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54773)

Blasphemi.

Cogitaverunt, & locuti sunt nequitiam. Posuerunt in calum os suum [blasphemando] & dixerunt quomodo scit Deus? & si est scientia in excelsis. Pl. 72. Nolite extollere in altum cornu vestrum. Nolite loqui adversus Deum iniquitatem; quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus (effugium ab ipso) quoniam Deus Judex est. Pl. 74. In campo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Pl. 31.

Nugivenduli, Vani.

Non est in ore eorum veritas, & cor eorum vanum est. Pl. 5. Non sedi cum concilio vanitatis. Pl. 25. Narraverunt mihi iniqui fabulationes, sed non ut lex tua. Pl. 118. Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione. Pl. 77. Filii hominum usquequo gravi corde! ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium. Pl. 4. Beatus vir, cujus est nomen Domini spes ejus, & non respexit in vanitates & insanas falsas. Pl. 39.

Fraudenti, Adulatores.

Disperdat Dominus universa labia dolosa & linguam magniloquam. Pl. 4. Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula. Pl.

54. *Qui, quod novit, loquitur, index justitia est, qui autem mentitur, testis est fraudulentus.* Prov. 12. *Erubescant impii, & deducantur in infernum. Muta fiant labia dolosa.* Pl. 30. *Odisti observantes supervacue.* Pl. 34. *Fraudulenti sua propriâ sæpè capiuntur vel irretiuntur astutiâ. In laqueo isto, quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.* Pl. 9. *Hoc illi sciunt, qui capti sunt reti, quo alios voluerunt involvere. Meliora sunt vulnera diligentis, quam oscula odientis.* Pl. 27. *Fraude ne quidem res bona urgenda. Nunquid Deus indiget vestro mendacio? aut placebit ei, quem celare nihil potest, aut decipietur ut homo vestris fraudulentis.* Job. 13. *Demum quid juvat te homo pseudopolitice vim & vires tuas ponens in complimentis sive completis mendaciis. Si videaris vir honestus sincerus huic illi benevolus, & in extremo die coram omnibus appareas mendax fraudulentus, & ideo omnes te exhibilent & execrentur, an hoc non cordi ducis stulte?*

Rixosi, Vindictivè.

E *fice derisorem, & exhibit cum eo iurgium, cessabuntque causa & contumelia.* Prov. 22. *Sic quidam superior religiosus jubebat statim exire ex cubiculo rixas inchoantem, ad quod ad caritatem magis fovendam conventum erat. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt.* Pl. 13. *Qui vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, homo homini reser-*